

2  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33





1667.

23. Schroeterus, Ernestus Fredericus: De tutela inculcata
- 24<sup>a</sup> Schroeter, Ernestus Fredericus: De jure negotiorum  
et 345. 2 Exempl
- 25 Schroeter, Ernestus Fredericus: De quinquennialibus ..
- 26<sup>a</sup> Schroeterus, Ernestus Fredericus: De sponsionibus.
27. Schroeter, Ernestus Fredericus: De votis. <sup>2 Exempl</sup>
- 28<sup>a</sup> Schroeterus, Ernestus Fredericus: Patrocinium homici-  
darum. 2 Exempl. 1667 & 1715.
29. Schroeter, Ernestus Fredericus: De jure securitatis,  
tam inter cives, tam inter gentes.
30. Schroeter, Ernestus Fredericus: De civitate obliu-  
scata, eorumque jura ac privilegia.
- 31<sup>a</sup> Stuve, Georgius Adamus: De scriptis.
32. Stuvius, Georgius Adamus: De acquisitione originaria.
33. Stuvius, Georgius Adamus: Legis commissoriae in  
venditionibus disputatio juridica.



1667.

34. Struve, Georgius Adamus: De consuetudinibus.  
35. Struve, Georgius Adamus: De stellionatu  
36<sup>a<sup>ta</sup></sup> Struvius, Georgius Adamus: De simulatis contractibus.  
Vers. 2. Vimpf 1667: 1748  
37<sup>a<sup>ta</sup></sup> Titmannus, Bartholomaeus Christianus: De iuris dictione  
forestali.  
38. Trinckhusius, Georgius: De illicito venatorum  
armorum in bello usu, ubi simul de hostis per  
venenatam potionem occisione, de que praestigis  
ac incantationibus bellicis agitur.  
39. Weigelius, Erhardus: De ratione status.



40.

acts


line

er

logis









DISPUTATIO JURIDICA  
DE

1667, 23

TUTELA INCUL-  
PATA,

QUAM

CONSENSU ET AUTORITATE  
MAGNIFICI, NOBILISSIMI ATQVE  
AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS,  
IN ALMA SALANA

SUB PRÆSIDIO  
VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI  
ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. ERNESTI FRI-  
DERICI SCHRÖTERI

HEREDITARII IN *Wickerstädt* / JCTI ET ANTE-  
CESSORIS FAMIGERATISSIMI, CONSILIARII SAXONICI,  
FACULTATIS JURIDICÆ, CURIÆ PROVINCIALIS  
ET SCABINATUS ASSESSORIS GRAVISSIMI,  
h. . DECANI SPECTATISSIMI,

Patroni atque Promotoris sui omni honoris  
cultu prosequendi

*Publica disquisitioni submittit*

CONRADUS *Bertram* / Ciz. Misn.

Al di <sup>AUTOR.</sup> m Februar.

IN AUDITORIO ICTORUM.

Ann. M. DC. LXVII.

JENÆ, Typis Johannis Jacobi Bauhoferi.

*Handwritten mark*







VIRO

*Maximè Reverendo, Amplissimo, atque Excellentissimo*

DN. SIXTO BERTRAMO,  
S.S. Theol. Doctori Celeberrimo in Civitate Hallensi clarissi-  
mâ ad div. Ulr. Pastori longè meritissimo, ibique Gymnasii  
Inspectori gravissimo Dn. Parenti omni filiali  
amore & honore æternùm prosequendo

*ut &*

VIRO.

*Nobilissimo, Præ-Strenuo ac Spectatissimo*

DN. ESAIAE NITNERO,  
Olim Potentissimi REGIS SUECIÆ Secretario meritis-  
simo fidelissimoque, jam autem Hereditario in Rodas-  
meischel/Promotori, Fautori & Evergetæ meo maximo  
Cognatoque observandissimo

Disputationem hanc juridicam

Juxtaque me totum

D.

CONRADUS BERTRAM,





\*\*\*

**I**ngenii video, quoti-  
 es conamina docti,  
 Surgunt mihi nova  
 gaudia.

Quidnî ergò læter, video cum  
 Affinis amande

Industriæ foetum tuæ?

Ignes ut fumus prodit, sic i-  
 sta laborem

fat disputatio tuum.

Qui nihil exhausit Doctoris ab  
 ore fideli,

Quid proferet is in publi-  
 licum? A 2 In





\*\*\*

In lucem tu audes tua prodere  
t memata juris  
industriam quod indicat.  
Applaudo, laudo : fortunet  
dextra Jehovæ  
Cordis tui vota omnia.

ita

ὡς ἐν τῷ χει

*suo Dn. Affini amicâ manu & men-  
tegratulatur.*

**M. Martinus Lipenius,**  
Gymnas. Hall. Con. Rect.





\*\*\*

## CAPUT I.

Etymologiam Homonymi-  
am & Synonymiam exhibens.

## §. I.



Um inconueniens sit initiis omisiss in ma-  
teriam illoctis, ut ajunt, manibus irrupere  
Cujac. in l. i. ff. de orig. jur. idcirco de tutela  
in culpa disputaturus a definitione no-  
minis ordiar. equidem ante omnia rei ali-  
cui operam daturum nosse oportet, unde  
nomen ejus descendat l. i. ff. d. inst. & jur. ac  
licet rerum consideratio sit potior, tamen  
verborum dispectio prior est l. 7. in fin. d. suppell. leg. verba enim  
sunt notæ rerum l. 6. ff. d. alim. leg. Vocabulum itaque Tutelæ a  
tutor beschützen vertheidigen de duco. vid. Lexic. Mart. Fabr. &  
Corv.

## §. II.

Homonymiam quod attinet, notandum, quod  
hujus vocabuli Tutelæ variaz reperiantur acceptiones, tumitur  
enim I. pro pubertate completa, v.g. Titius filius meus mihi  
heres esto, et si filius meus mihi heres non erit, & prius moriatur  
quam in suam tutelam venerit. i. e. antequam pubes factus sit,  
tunc Sejus heres esto prin Inst. d. pupill. subst. II. pro officio tuto-  
ris §. 1. Inst. l. 1. ff. de tut. l III. pro refectione & conservatione  
rerum incorporalium arg. l. 30. ff. d. leg. 2. l. 7. §. ult. ff. solut. matrim.

A 3

l. pen.



*l. pen. ff. d. impens. in res dot. fact.* IV. pro quovis modo facta mali repulsione, sive ea jure, sive injuria ex proposito, vel instinctu naturæ generali saltem fiat. V. pro defensione justa in judicio & extra judicium, & denique VI. pro defensione legitimâ ac necessariâ ad verlus vim inferentes extra judicium, & in hac ultima significatione hoc vocabulum accipio.

§. III.

Sub sequitur synonymia; Vocatur verò inculcata tutela defensio extra judicialis: *t. t. C. qn. lic. unic. se sin. jud. l. 4. l. 45. ff. ad Tutela. leg. aquil. l. 4. C. ad leg. corn. d. sic. legitima l. 1. C. und. vi. l. 3. ff. d. just. & jur. Hænon. disput. jur. disput. 1. th. II.* Porro dicitur homicidium necessarium, item necessaria defensio, vulgò eine Noth oder rechte Gegenwehr Vid. Magn. Dn. Struv. tract. d. vind. priv. cap. 2. p. 13. n. 2.

## CAPUT II.

### Definitionem & divisionem includens.

§. I.

Consideratâ definitione nominali, converto etiam me ad definitionem realem & divisionem. Definitionem realem quod spectat, ita inculcata tutela definiri potest: quod sit instantis, vel jam illatæ, vis atque injuriæ pro suâ rerumque suarum, imò & aliorum, salute moderatâ vi facta pro pulsatio. In hujus definitionis explanatione, ut diu immorer opus haud erit, sed multò magis hoc unicum addam, quod nimirum verba ista: vis atque injuriæ non conjunctim, sed disjunctim sint accipienda, sive vis sit sine injuria, sive injuria sine vi, ut tradit Barr. *ad l. 3. de inst. & jur.* quem sequitur Franc. Zoannet *in tract. de defens. tripart. part. 1. n. 2.* quoniam nobis jus est vim alias propellere, tametsi absque injuriâ irrogetur: si autem hæc verba separatim sumerentur, certè nimium restringeretur *l. 3. d. j. & j.* nō enim in offensione requiritur vis faciendi &



& propositum injuriandi, sed sufficit vis sive *ἐπιφοιπέσι* fiat, sive non: semper enim defensio conceditur, ubicunque adest violenta offensio. Obrecht. *in tract. d. defens. necess. c. 67. n. 6.* Ad hæc comparatum est, ut sæpè conjuncta pro disjunctis, & disjuncta pro conjunctis, & soluta pro separatis sumantur. *per l. 53. ff. d. V. S. & Gædd. in comment. ad tit. d. V. S. d. l. 53. pr. n. 3.*

## §. II.

Dividitur autem à Dd. communiter in personalem & realem. Personalem appello, quando quis vel à se, vel ab aliis vim instantem seu illatam propulsat. Realis est, quando quis à rebus vim repellit, vel quando res & bona contra vim defendit. Obrecht: *tract. d. necess. defens. n. 2. & 3. cap. 4.*

### CAPUT III.

## Causam efficientem Ostendens.

## §. I.

**C**Ausa efficiens hujus Tutelæ est vel remota vel propinqua. Remota est jus divinum, naturale, gentium & civile, siquidem omnibus istis juribus ea est permissa.

§. II. Jure divino: *Levit. 10. vers. 18. Math. 22. vers. 39. Luc. 10.* quibus in locis dicitur: diliges proximum tuum Sicut te ipsum, Ergò non minus seipsum, quam proximum diligere tenetur, quia omnes homines malunt sibi melius esse, quam alteri: unde latinum proverbium, proximus sum ego met mihi, germanicum; *Das Nembde ist mir näher als der Noch.* Inculpatæ tutelæ casus extat etiam *in Exod. 22. vers. 2.* ubi dicitur, quod quis furem effringentem & bona auferentem occidere possit: quod si itaque pro rebus licet, multò magis id permillum erit pro tutamine vitæ atque corporis, cum longè major militet ratio in defensione propriæ salutis, quam in defensione rerum, & magna sit disparitas inter bona caduca, & inter hominem ejusque vitam *l. 2. ff. d. stat. hom. l. 14. d. edl. edict.*



edit: Fortun. Garz: ad l. 3. ff. d. iust. & jur. Math. Berlich. part.  
4. conclus. 12. n. 8. Qui tutelam ejusmodi de jure divino illicitam esse volunt, adducunt Rom. 12. v. 19. ut & Math. 5. vers. 26.  
& 39. in quibus versibus hæc verba continentur: si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram, qui vult tecum in Judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & palliū, diligite inimicos vestros: bene facite eis qui oderunt vos &c. Sed contra jus naturæ faciunt defensionem cum Evangelio pugnare opinantes: nam nihil pro illis facit all: locus Math. 5. vers. 39. quia ut ex contextu saniores Theologi ostendunt, Christus non prohibet ibi defensionem, quæ est juris naturæ, sed docet ne vindictâ privatâ homines ulciscantur injurias: & illa verba Christi non absolutè & ἀπλῶς, sed comparatè & συγκριτικῶς sunt accipienda Constat igitur rejiciendam esse distinctionem, inter forum poli & soli: si ex hac concludere satagunt, homicidiū quod committitur ex necessitate, in foro soli quidem excutari, sed non in foro poli sicut der Welt läßt sich wohl entschuldigen/ aber nicht für unsern Herren Gott. Accurs. in verb. nam jure d. l. 3.

§. II.

Jure naturali: quia natura cuilibet animali curam sui conservandi in sevit, potestatemque dedit ea amolendi, quæ nocere queunt: quam sententiam confirmat Cajus in l. 4. ff. ad leg. Aquil. & Ulpianus in l. 1. 3. d. 1. & j. l. 27. ff. d. vi & vi arm. hinc Cic. lib. 1. offic. inquit: omni generi animantium à naturâ insitum est, ut se vitam & corpus tueatur, declinetque ea, quæ nocitura videntur.

§. III.

Jure gentium: jus gentium enim nihil aliud est quàm ratio naturalis §. 1. iust. d. l. N. G. & C. l. 9. ff. d. 1 & l. Sicut autem discursus rationis nefas judicat, ut unus a' teri insidietur propter cognationem quam natura inter omnes homines constituit, ita argumento à contrario sensu desumpto justam esse statuit, ut quis vim atque injuriam propulset l. 3. ff. d. iust. & jur.

§. IV.



## §. IV.

Jure civili: per. l. 45. §. pen. ff. ad leg. aquil. & l. 2. 3. & 4. C. ad L. Corn. d. sic ar l. 1. C. unde vi, etenim ea, quæ origine juris naturæ & gentium sunt, civilia quoque rectè dici possunt, ex eo, quod jus civile ea, quæ à jure naturæ & gentium sunt inventa, comprobavit §. vendita 4. jst. d. R. D. & §. 1. vers. civiles, ubi Cujac. & Wesenb. jst. d. oblig. Vulcej. ad §. fin. n. 2 jst. d. attil. tutore Obrecht. c. 4. n. 13. Bocer. l. 2. d. duell. c. 10. n. 20. Unde certè non immeritò Coraf. d. j. art. p. 2. cap. 8. Connan. lib. 1. comment. c. 6. n. 8. Dec. in l. 3. d. inst. & jur. Bocero erare videntur, dum statuunt, moderamen inculpatæ tutelæ absolutè juris civilis esse. Cùm enim jus naturale semper æquum & bonum sit l. pen. ff. d. inst. & jur. & non nisi honesta præcipiat, certè defensionem necessariam non nisi cum moderatione tutelæ, quæ æqua & bona est, permittere videtur, siquidem privata ultio cum iniquitate & injustitiâ conjuncta juris naturalis seu gentium dici nequit §. sed naturalia II. inst. d. j. N. G. & C.

## §. V.

Causa efficiens proxima est, vel principalis, vel instrumentalis: Principalis est is, qui vim à se propulsat, nec refert, cujus sit ætatis, sexus aut conditionis l. 3. ff. d. inst. & jur. quia ea quæ sunt juris gentium omnibus hominibus & gentibus competunt l. 1. §. ult. ff. eod. & lex naturæ hoc ipsum edocet, ut quisque sui conservationem amicè desideret. Cic. lib. 1. offic.

## §. VI.

Hic autem non inconcinnè i. quæri potest, An bannitus se rectè defendere possit? sanè tam intricata est quæstio ut nihil supra. Multi sunt, qui negativam sententiam fovent, proferuntq; pro eâ stabiliendâ hæc sequentia: Ubi offensio est permessa, ibi defensio est prohibita arg. lib. 4. C. D. his qui ad eccles. conf. si enim aliquid permittitur, necesse est ejus oppositum prohibeatur, ex naturâ contrariorum. Anton. Quetta consil. 14. n. 14. Ast banniti offensio est permessa vigore juris positivi in constit. pac. publ. rubr. Die Peinder Friedbrecher Ordin. Cam. p. 2. r. 9. sollen derer desselben Leib und Gut aller mániglichen erlaubet seyn / und niemandts daran freveln oder mißhandeln können oder mögen. Francisc.

B

cile,



cisc. Alvarott. *consil.* 74. *vol.* 1. *crim.* n. 23. Zoanner. *p.* 1. *num.* 33.  
 Grot. *d. jur. B. et P.* l. 2. c. 20. n. 17. Filliuc. *quest. moral.* tom. 2. *tr.* 29.  
 c. 2. n. 23. Sed his omnibus non obstantibus affirmativæ sub  
 scribo sententiæ, quam etiam sovent Bald. Zasius. Carrer. *in*  
*pr. crim.* §. *circa* 1. n. 28. absurdum esse putantes, quod homini  
 non liceat corpus suum vindicare à damnis, cum tamen hoc  
 brutis concessum sit: civilis ratio enim civilia quidem jura  
 tollere potest, naturalia non utique §. *ii. d. j. N. G. & C. §. fin. inst.*  
*d. legit. agnat. tut.* l. 2. *d. usufr. ear. rer.* & Clem. *Pastoralis* *vers.*  
*ceterum. d. sent. & rejud.* At qui defensio ex ipsis naturæ sensibus  
 descendit: eam igitur, qui tollere vult, sensus ipsos tollat ne-  
 cesse est. Salomon. *ad d. l. 3. n. 19.* Voltz. *in comment. ad l. cornel. d.*  
*fic. c. 1. n. 8.* Romul. *p. 1. tract. d. homici* n. 36. Obrecht. *c. 5. n. 10. &*  
*11. d. necess. defens.* Sebast. Medices *in tr. d. casibus fortuitis p. 1. qv.*  
*8. n. 9.* Hænon. *in lib. 2. disp. jurid. disput. 7. th. 4.* & licet Princeps  
 jus nat. & Gent. ex legitimâ causa aliquid addendo vel detra-  
 hendo limitare possit, l. 6. *d. j. & j.* planè tamen abrogare &  
 ab eo recedere nequit §. *ii. inst. d. j. N. G. & C.* Rectissimè igitur  
 banniti sese contra vim defendunt Obrecht. *c. 5. n. 10.* & sicuti  
 hosti adimi nequit defensio, ita nec bannito. Bl. *in l. 1. n. 51.*  
*C. unde vi.* Jas. *ibid. n. 13.* Gail. *lib. 2. observ. n. 10.* Banniti enim tan-  
 tum ea, quæ sunt juris civilis perdunt l. 29. *ff. d. pen. l. 1. C. d. ha-*  
*red. instit.* quæ verò sunt juris nat. & Gent. retinent, Ergo eti-  
 am defensionem. vid. all. Aut. Hinc nec filius patrem banni-  
 tum occidere potest *arg. l. 38. §. 9. ad leg. jul. d. adult.* quia nihil-  
 ominus, ut dictum, jura naturalia retinet, nec propterea pater  
 esse desinit, cum & pater impius sit pater Nov. 12. *c. 2. Jul. Clar.*  
*d. §. homicidium. n. 59.*

§. VII.

II. An liberis adversus parentes omnes limites castiga-  
 tionis egredientes defendendi facultas sit concessa? Obrecht.  
*c. 6. n. 17. & seqq.* Valent. Voltzius *in comment. ad tit ff. ad leg.*  
*corn. d. si car. c. 7. n. & seqq.* Bodin. *l. d. republ. c. 4.* & alii sta-  
 tuunt, liberis adversus parentes defensionem non esse licitam,  
 quia persona parentum liberis semper debeat esse sancta l. 9.  
*ff. d. obseq. n. par. & patron. & parentibus jure patriæ potestatis*



castigantibus resistere prohibentur l. 3. c. d. patr. potest. l. un.  
 C. d. emend. propinqu. Sed contrariam sententiam amplector, e-  
 amq; probabo I. quod parentum potestas impietate, non in a-  
 trocitate consistere debeat l. 5. ad leg. pompej. d. parric. II. quia  
 si mortem patienti animo sub spe pietatis ac reverentia pa-  
 ternæ exciperet filius, propriam charitatem negligeret, & eo  
 ipso Deum & Naturam, quæ omnibus rebus eam vim implan-  
 tavit, ut sui conservationem appetant, & corruptioni resistent  
 & denique Rempublicam gravissimè offenderet, dum operas  
 suas, quas deberet, patriæ suæ subtraheret, cum non minimum  
 vitæ patriæ, cui nascimur, debeamus. III. quia licet patrem  
 aliquid perniciosè contra rempublicam molientem interfice-  
 re l. minimè 35. d. relig. & sumpt. fun. Ergò multò magis licitum e-  
 rit patrem propriæ salutis hostem & inimicum interimere, cum  
 tralaticiū sit, quod ordinata charitas incipiat à se ipsa l. preses  
 6. C. d. serv. & aqv. Denique IV. cum filius suam vitam nullo a-  
 lio modo servare, aut vitæ periculum à patre imminens effu-  
 gere possit, quàm interficiendo patrem, idcirco parricidi-  
 um non commississe dicitur. Sigism. Finckelt in conclus.  
 d. jur. sepult. conclus. 13. lit. C. quia tunc aggressorem vitæ interfi-  
 cit, non patrem & hoc principaliter non agit, ut parricidium  
 comittat, sed ut se suamq; vitam defendat; ubi autè voluntas  
 & propositum delinquendi non est ibi maleficium esse nequit  
 l. 35. princ. d. furt. Voluntas enim est, omnis actus humani  
 principium Dn. M. Martinus Lipenius in suis Disput. Eth. quod  
 semper attendendum l. 4. ff. d. reb. credit. Potissimum verò in  
 causis criminalib9, per ea quæ tradit Fulv. Pacian. cons 12. n. 13.  
 & 14. & quemadmodum dolus, quem Bald. in l. qua fortuitis  
 15. C. D. pignor. art. artem nocendi contra naturam i. e. naturalem  
 amicitiam esse dicit, in omnibus delictis, ita vel maxime in  
 homicidio requiritur, qui si non adest, parricidii pæna ordina-  
 ria locum non potest habere l. cum autem §. 33. excipiuntur ff. d.  
 edil. edict. l. 1. C. ad leg. corn. d. sicar. §. divus Hadrianus 3. l. di-  
 vus Hadrianus 14. ff. eod. d. l. quod Reipubl. l. 33. ff. d. injur. Anton.  
 Gomez variar. resol. tom. 3. cap. 3. n. 15. Prosp. Farinac. part. 3.



*Oper. crimin. quest. 87. n. 6.* & hoc usque ad eò verum est, ut licet in civilibus lata culpa pro dolo habeatur *l. quod Nerva 32. ff. depos. l. magna 226. ff. d. R. j.* & ibid. Joh. Gædd. *in comment.* & Andr. Alciat. 3n. Gail. *lib. 2. observat. 110. n. 2.* Hænon. *in disput. suis jurid.* in homicidio tamen eidem non æquiparatur *l. 1. l. in lege corneliâ 7. ff. ad leg. cornel. d. sicar.* Ludov. Carer. *tract. solenn. d. homie. tit. 3. n. 4. fol. 201.* Dn. Richter *part. 5. consil. 6. n. 13.*

### §. VIII.


III: An contra unumquemque insultantem, ipsum etiam Imperatorem licita sit defensio? quam quæstionem ita decidi posse puto: Aut magistratus ex officio, & iusto Juris ordine procedit; aut injustè; Priori casu omninò ei obtemperandum *t. r. ff. si quis judic. non obtemper.* quoniam vim atque injuriam non intert magistratus quando munere suo fungitur *l. 3. §. 1. ff. quod met. cans. l. quemadmodum 29. §. magistratus vers. si quid ff. ad leg. aquil. l. injuriaur 13. §. 1. & l. 33 ff. d. in jur. & grave & nefarium factum est, magistratui officii sui partes exequenti repugnare *tit. ff. si quis judic. non obtemp.* Posteriori verò casu subdistingendum: An magistratus de facto & contra jus extra judicialiter, vel in judicio procedat. Si procedat extra judicialiter sive gravamẽ sit reparabile, sive irreparabile, ut mors, quilibet ei resistere potest *l. 5. l. 7. C. d. j. fisc. l. 10. l. quemadmodum 29. §. magistratus ff. ad leg. aquil. Mysing. centur. 5. observ. 18. per tot.* quia dum contra officium alteri vim infert, eo ipso non pro magistratu, sed pro privato habetur: non enim magistratui alteri injuriam inferre licet *l. 32. ff. d. injur.* nec injuriarum occasio inde nasci debet unde jura nascuntur *l. meminert. C. unde vi* At si de facto in judicio contra jus procedit, refert, an damnum sit reparabile, vel irreparabile: si sit reparabile, puta remediis juris, veluti per viam supplicationis, appellationis, vel per alias legitimas actiones, tunc ipsi non videtur resistendum, sed melius esse videtur, ut subditus vim illatam patiat, non etiam, ut vi oppositã repellat, quia magistratus eã de causã conveniri potest *l. 2. ff. d. in jus voc. l. magistratibus 32. ff. d. in jur. l. 3. §. sed vim. ff. quod**



quod met. caus. si verò gravamen sit irreparabile ; veluti mors ,  
 vel si conscientiam lædat aut alia, quæ evidentè sunt contra  
 voluntatem Dei, imperare cupiat, ipsi ob temperandum non  
 est. *Matth. 10. vers. 28. Daniel. c. 3. in Act. apst. c. 5. v. 29.* quoniam  
 nisi ei resistatur, nullo juris aut facti remedio deinceps damnū  
 reparari vel refarciri potest *l. 1. in verb. & quod secum. est C. qn.  
 hic. unio. Mynsing. centur. 5. observ. 18. Obrecht. c. 6. n. 31. & seqq.  
 Besold. l. 3. quest. 10. Cardinal. Tusch, tom. 3. conclus. 131. n. 2. Clar.  
 lib. 5. §. fin. qv. 29. n. 2.*

§. IX.

Qv. IV. an defensio etiam contra bruta, furiosos , mente  
 captos, ebrios, & dormientes noctambulos admittatur ? Aff.  
 quia nullus tam personæ occidentis , quam occisæ respectus  
 habetur *l. 1. §. 2. ff. ad leg. cornel. d. sic. Anton. Scapp. d. jur. non  
 script. lib. 5 c. 191 n. 4. & seqq. Georg. Obrecht. tr. d. necess.  
 defens. c. 6. n. 57. & 58. & seqq. Math. Berlich. part. 4. conclus. 12. n. 32.  
 & licet istæ personæ affectum & propositum vim faciendi seu  
 injuriandi non habeant, sicut colligitur ex *l. 1. §. prætor ait ff.  
 si quadrag. pauper, sec. dic. l. 3. §. 1. ff. d. in jar. & §. furiosus §. 1. d. in-  
 nil. stipul.* tamen cum ipso facto nos adorianur, non opus est,  
 ut animum intueamur, sed factum sufficit, quod vim continet,  
 quam omni jure propulsare licet, propriæ enim salutis defen-  
 sor (in nullo peccasse videtur *l. 3. C. ad leg. corn. d. sic. Thom. d. A-  
 quin. 2 sent. distinct. 46. qv. 2. art. 2. Aym. Gravet. consil. 697. n. 9.  
 Marant. disp. 1. n. 34. cum seq. Besold.*  
*h. 3. qv. 8.**



B 3 CA.





# CAPUT IV.

## Causam materiale in se complectens.

### §. I.

**O**bjedum est duplex, primarium vel secundarium. Primarium sunt personæ propriæ, necessariae & extraneæ. Propriæ absque omni dubio se tueri possunt.

### §. II.

Necessariæ v.g. parentes, liberi, fratres, conjuges, affines atque consanguinei rectè à nobis defenduntur; iis enim non solum naturali cognatione, sed etiam arctiori, sanguinis, pietatis, Potestatis & affectus singularis vinculo præ reliquis ad necessaria officia obstricti sumus. Rectè itaque pater filium, maritus uxorem, sponsus sponsam tuetur, unusque alteri succurrit, & ita Dd. communiter putant. *Gramma. consil. 68. n. 4. Pet. Calefat. inter consil. crim. divers. concl. 89. n. 10. lib. 2. quos citat Clarus d. 9. homicidium n. 27. confirmari etiam potest per l. 1. §. 4. ad leg. corn. d. sic. l. 4. C. d. adult. l. 1. 2. 3. d. lib. caus. l. 8. §. 3. quod met. caus. l. 1. C. d. alend. lib. imo horum aggressores defendendo occidere possumus Dn. Carpz. in prax. crim. p. 1. qv. 32. n. 1. P. H. D. art. 142. & 150. ubi inter eos casus, qui à pena homicidii excusatione præstant, dissertis verbis continetur iste. Da einer zu Rettung eines anderen Leib, Leben, Ehr und Gut jemand erschläget *Zal. in l. 3. ff. n. 2. d. j. & j. cum animus deliberatus nocendi & dolus in iis absit. Hierem. Setser. disp. 2. th. 48. Plura vid. ap. Dn. Theodoric. in disp. th. 4. lit. D, Dissent. Obreht. c. 7. n. 9. & alii, qui possunt videri.**

### §. III.

De extraneis controversia est, an defensio pro personâ extraneâ suscipi queat? Nos affirmamus! per *Levit. c. 19. vers. 18. Matth. 22. v. 39. Marc. 12. vers. 31. Luc. 10. v. 38. epist. Johan. 6. 3.*



6.3. v. 16. quibus in locis unusquisque non minus proximum  
quàm se ipsum diligere jubetur, atqui nos ipsos contra alios  
defendere tenemur: quia propria dilectio id exigit: Nec pa-  
rum lucis huic sententiæ affert exemplum Moyſis, quem pla-  
gæ, quas vir ægyptius homini Hebræo injecerat, ita afficisse  
leguntur, ut etiam cum vitæ suæ periculo Ægypti-  
um istum interimere non sit veritus, cujusmodi facinus tan-  
tum abest, ut in Moyſe improbatum fuerit, ut ex eo tempore e-  
tiam ipsius ministerio Deus in Ebræis ex Ægypto educendis  
ac guberandis usus sit, imò etiam Spiritus Sanctus Act. 7. v. 24.  
illud agnoscat & approbet. Hæc sententia etiam confirmari  
potest per l. 109. l. 50. ff. d. R. j. l. 2. C. d. commerc. & merc. l. ex  
omnibus 3. d. nox act. l. 2. §. is cui ff. ad leg. corn. d. sic. Præter textus  
autem adductos ad confirmationem hujus sententiæ  
adhuc apprimè faciunt l. omne delictum 6. §. pen. ff.  
d. re milit. ubi qui præpositum suum non præexit, cum posset,  
in pari causâ cum factore habendus dicitur, ut & l. 1. §. occisorii  
7. ff. d. Sc. filan. Ac licet textus hi præprimis loquantur de servis  
hæcque velint, puniendos esse ministros, qui auxilium Domino  
non tulerunt, cum opem ipsi adversus vim ferre potuissent:  
nullum tamen dubium est, quin ob cognationem istam, quam  
natura, ut Florent, in d. l. 3. d. j. & j. loquitur, inter omnes homines  
cõstituit, idè ad extraneos extendi possint tum videlicet, quan-  
do illis tutò latis subveniri potest, præsertim cum cujusvis ho-  
minis interfit, hominem beneficio affici, veluti Papinianus  
loquitur in l. servus 7. d. vers. export. Nam teste Paulo id tenetur  
quis alteri præstare, quod sibi non nocet, & alteri prodest l. 2.  
§. quanquam ff. d. aqua & aq. plu. arc. unde Cic. ait, eum qui non  
obstitit, si potest, iuriæ; tam esse invitio, quàm si parentes, aut  
amicos aut patriam deserat lib. 1. offic. quicumque enim patitur  
peccare peccantem, is vires subministrat audaciæ; & Seneca  
ait: si justus es, non solum non nocebis, sed etiam nocentem  
prohibebis; nam nihil nocere non est justitia, sed abſtinentia  
alieni Covarr. tom. 3. var. resol. c. 2. n. 35. Zoannet. in tr. d. defens.  
part. 1. n. 95. Fortun. Gartz. ad l. 3. d. j. & j. Vasq. lib. 1. contr. il-  
lustr. cap. 19. n. 5. & Philipp. Dec. ad l. 50. num. 13. ff. d. R. j. Fran-  
cis.



eisc. Vivius lib. 1. commun. opin. in verb. offendere offendentem, n. 3.  
Didacus Covarr. in c. peccatum 4. part. 2. §. 3. n. 4. d. R. j. in 6. Hie-  
rem. Setser. disp. 2. th. 50 & seqv. Harpprech. in §. 5. n. 95. &  
seqq. inst. d. publ. jud. Burchard. in append. ad comment. Voltzii n. 87.  
28. usque ad 34. Obrecht. c. 7. n. 37. & seqq. d. defens. necess. c. 7. n. 37.  
& seqq. Bocer. lib. 2. d. duello c. 10. à pr. usque ad num. 6. Dis-  
sent. Agrer. P. 1. d. homic. necess. n. 269. & alii ab ipso alle-  
gati. Vaudus lib. 2. qv. 29. & Matth. Stephan. disp. 4. th. 21. &  
cent. 1. quast. jur. quast. 12.

§. IV.

Hic commodè quæri potest, An quis proximum suum sem-  
per tueri teneatur? Aff. si modò absque propriæ vitæ periculo  
hæc tutela fieri possit; nemo enim ad opem ferendam peri-  
clitanti cum vitæ suæ jactura tenetur c. ex part. 47. d. appell. quia  
propria charitas incipit à seipsâ, & nemo se in præsens peri-  
culum conjicere cogitur l. 34. §. 1. ff. l. donat. l. metum 9. §. licet ff.  
quod met. caus. nam alteri tantùm id præstare necesse est, quod  
nobis non nocet l. 2. §. item vers. quanquam ff. d. aqua & aqv. pluv.  
& l. 2. pr. ff. sol. matr. & hoc est, quod Seneca dixit, dabo egen-  
ti, sed ut ipse non egeam, succuram perituro, sed ut ipse non  
peream.

§. V.

An verò is extra culpam non sit, qui proximum in periculo  
vitæ constitutū non adjuvet, cum tamen adjuvare possit? Neg.  
per l. 50. l. 109. ff. d. R. j. imò arbitrio judicis puniri debet Vasqv.  
lib. 1. controv. c. 19. n. 5. & 6. Gomez. t. 3. re sol. c. 2. Riminald. ad d. l.  
3. n. 390. & seqq.

§. VI.

Secundarium objectum sunt res & fama: Res omni jure  
sunt defendendæ, quia, ut dici solet, sunt alter sanguis homi-  
num. not. gloss. ad advocati 14 C. d. advoc. divers. jud. ut igitur defi-  
ciente sanguine homo vivere nequit; ita etiam sine rebus vi-  
tam suam sustentare non potest. Georg. Obrecht. d. tract. cap. 3.  
n. 12. Nicol. Boer. decis. 168. n. 3. Hinc Cic. lib. 3. offic. ait. expe-  
suntur ad vitæ usus necessarios divitiæ.

§. VII.



## §. VII.

Quæstio autem est, num propter rerum defensionem ac conservationem si valorem occidere licitum sit? Aff. si nimirum simul cum honorum ac rerum periculo vitæ periculum concurrat *arg. l. 3. ff. d. just. & jur. §. qui cum aliter ff. ad leg. aquil. item per c. 2. ibi, te tuaque liberando ex l. d. homic. c. 3. eod. l. furem ff. ad leg. corn. d. sic. ubi Ulp. responderet, furem nocturnum ita demum occidi posse, si occisor parcere illi sine suo periculo non potuit.* Quia inter defensionem vitæ & defensionem rerum aperta est differentia: vita enim hominis, nisi in continenti defendatur, semel amissa recuperari nequit: res verò ablata actionibus & interdictis repeti possunt. Accedit quod homines sunt creaturæ nobilissimæ ad imaginem Dei creatæ; & preciosissimo Christi sanguine redemptæ: At res sunt bona caduca respectu hominum vilissimæ. Huc facit etiam, quod vita hominis præferenda sit quibuscunq; rebus etiam preciosissimis *l. sancimus in fin. C. d. S. S. eccles. nec immeritò, hominis gratia quippe omnes aliæ res conditæ ac comparatæ sunt arg. l. 28. in fin. ff. d. usur. l. 44. ff. de edil. edict. §. in pecudum 37. §. in j. d. R. D. l. 2. ff. d. stat. hom. ipse verò homo propter Deum. Gædd. ad l. §. n. 11. ff. d. V. S. sola itaq; rerum incorporaliū jactura neminem commovere debet, ut aliquem interficiat *c. suscepimus d. homic. ubi dicitur, expedire potius tunicam & pallium relinquere, & rerū jacturam sustinere, quàm pro conservandis vilibus rebus ita exardescere, ut aliquem occidamus.* Fortun. Gartz. in d. l. 3. n. 25. ff. d. j. & j. Zoannet p. 1. n. 36. Voltz. in d. comment. ad leg. corn. d. sic. c. 7. n. 92. Romul. p. 1. n. 96. cum seqq. Donell. ad l. 1. n. 6. C. und. vi Schrad. c. feud. Bocer. lib. 2. d. duello. c. 9. n. 1. & 2. Obrecht d. rr. c. 8. n. 8. & seqq. Harpprecht. d. § 5. n. 136. usq; ad num. 40. just. d. publ. jud. Petreus in thesauro conclus. crimi. concl. 100. Obstare quidem huic opinioni videtur, quod non *χριστὸν νόμον* nobis ipsis jus dicamus *l. extet 13. ff. quod met. caus. l. ult. C. unde vi*, nec etiam concedendum sit singulis, quod per magistratum publicè fieri possit, ne occasio sit majoris*

C

cum ul-



tumultus faciendi, ut inquit Paulus *in l. non est singulis*, 176. ff. de. R. J. Sed responderi potest, quod hi textus all. non de defensione, sed privatâ potius vindictâ accipiendi *in l. ult. autem C. unde vi* sancitum: justum possessorem pro defensione rei suæ, quam sine vitio tenebat, i. e. ut habet *l. 13. §. 1. ff. d. acquir. poss. nec vi, nec clam nec precario* (sub intellige ab adversario, nam contra extraneos etiam injusto possessori rerum defensio competit per *l. ult. ff. d. tit*) vim illatam propriâ autoritate & per se repellere posse Ludov. Gilhaus, *in arb. jud. crim. c. 2. tit. d. homic. 12. n. 40. & seqq.* Joh. Harpp. *in §. item lex cornelia just. d. publ. jud. n. 85.*

§. IIX.

Sequitur Fama: non tantum autem vitam naturalem quis defendere tenetur, sed etiam vitam civilem, bonam nempe famam: vita enim & fama in jure æqui parantur *l. just. 9. ff. manum vindict.* & bonam famam non minus quam vitam curare debemus *c. 10. caus. 239. v. 4.* siquidem omnibus rebus præfertur, & bonâ famâ mori longè laudabilius est, quam turpiter vivere *l. 26. ff. si quis omiss. caus. testam.* unde etiam crudelis dicitur, qui famam suam negligit. Bocer. *lib. 2. d. duello c. 8.*

§. IX.

Hic quær. i. An ob existimationem & famam violatam quis aliquem possit interficere? Negantibus accedo, quod videlicet pro salvando honore licitum sit jure quem occidere I. quia nusquam hoc LL. expressè decisum reperitur, sed omnes eatenus concedunt defensionem, quatenus per vim & injuriam illatam sit ob tutelam corporis, & quatenus aliter mors evitari non potest *l. 45. 24. ff. ad leg. aquil. l. 3. C. d. sic. Clem. un. d. homic.* Dicat autem quis, quomodo tunc injuriosis & contumeliosis verbis provocato succurritur v. e. **Hastu einen Ehrlichen Bluts; Tropffen in deinem Leibe und bistu besser als ein Schelm so kom heraus; bistu ein redlicher Gesell und kein Schelm so ziehe von Leder**



Beder und wehre dich / quō pacto isti succurri possit  
vid. Dd.

§. X.

II. Num honesta virgo pro defensione attentatæ pudicitia stuprique amovendi causâ stupratorem impunè occidere possit? Aff. stuprum enim inferentem occidi posse manifestè perhibetur in l. 1. §. pen. ff. ad leg. corn. d. sic. & Paul. lib. 5. sentent. c. 23. §. 2. ad d. l. cum honestæ vitæ præcipua pars sit pudorem illibatum servare. Const. crim. Carol. v. art. 142. verb als geschehen möchte so immer eines unkeuschen Werckes halber / Hug. Grot. P. & B. lib. 2. c. 1. n. 17. Magn. Dn. Richter 1. decis. 2. n. 2. Henr. Bocer. class. 3. disp. 4. tb. 45. lit. 3. ubi exemplum refert, quod ancilla adolescenti per vim vitium inferre conanti ad tuendam pudicitiam genitalia præsciderit: Nec immeritò: quia ut vita semel amissa, ita quoque castitas & virginitas semel læsa & corrupta restitui nequit l. un. C. d. rapt. virg. Joh. Brunnem. in comment. C. d. rapt. virg. sic Ovid.

*Nulla reparabilis arte*

*Lesapudicitia deperit illa semel.*

§. l. 8. §. 2. quod met. caus. dicitur, puellis & bonis viris metus stupri semper major esse solet, quàm mortis, cui benè convenit Constit. Elect. 42. p. 4. pr. es haben erbare Leute allwege das Leben und die Ehre gleich geachtet &c. porrò hæc assertio extenditur ad filia parentem, qui impunè vi stuprum filia inferentem occidere potest l. 1. §. pen. ad leg. corn. d. sic. l. 20. & ll. seqq. ff. d. ad ult. si itaque patri licet, multò magis filia licebit, quæ ipsam injuriam coactè patitur. Nobiliss. Dn. Richter decis. 2. limit. 1. n. 2. egregiè hanc controversiam tractat. Propter osculum autem nemo occidendus est, neque osculum uxori datum legitimam adulterii commissi præsumptionem sufficienter probare Dd. communiter concludunt.

C 2

CA.



CAPUT IV.  
Causam formalem exhi-  
bens.

I.

**F**orma hujus tutelæ est, ut ea sit inculpata, & in illo mode-  
ramen observetur, quod in tribus consistit *juxta Gloss.*  
*in d. l. 1. C. unde vi. & post hanc Bart. & Bald. Alexander,*  
*Trentacinq. pr. resol. lib. 2. resol. 1. d. defens. n. 3. & seqq. Zo-*  
*annet. d. tr. p. 2. n. 2. & seqq. Clar. §. homicidium 4. Schneidvv.*  
*§. 1. n. 15. just. d. 7. N. G. & C. Dn. Struv. in Syntagm. jur. civ.*  
*disp. 4. tr. 35. nempe in modo, tempore, & causâ. Modum*  
*in tutelâ adhibendum esse, illumque secundum arma de fini-*  
*ri quidam volunt: ut si armis vis inferatur, iisdem armis re-*  
*pellatur, & si sine armis injuria fiat, æquè inermis se defen-*  
*dat secundum gloss. d. l. 1. C. unde vi l. 1. §. 27. l. 3. pr. §. 9. d.*  
*vi. & arm. Eyser. p. 1. n. 384. Modum in propulsatione ad*  
*offensionem proportionatâ sive æquali consistere concedo,*  
*ut talis sit repercussio, qualis insultus si fieri potest, sed hoc*  
*non simpliciter de paritate armorum intelligendum est,*  
*nam possunt circumstantiæ subesse, quas ob inermis armis*  
*fit expugnandus, Berlich. concl. 13. p. 4. n. 59. & seqq. Obrecht.*  
*6. 13. n. 11. Bachov. ad Treutl. disp. 18. th. 7. lit. E. Ideo autem*  
*non requiritur paritas armorum I. quia & Florentinus ait*  
*in l. 3. ff. d. j. & j. & Imperator Gordianus in l. 2. C. ad leg.*  
*sorn. d. sic. quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit,*  
*jure fecisse videtur. II. quia armorum æqualitas non po-*  
*test ita in continenti comparari: & quicquid ita non fit in*  
*continentia, vitiosum est. III. quoniam arma non solum ga-*  
*leas, gladios, hastas & similia instrumenta continent: ve-*  
*rum etiam lapides, fustes, cultros, pugiones l. 3. §. 2. ff. d.*  
*vi. & vi arm. l. 9. ff. ad leg. jul. d. vi publ. l. 2. 24. §. telum. ff. d.*  
*V. S. Gædd. in l. 41. ff. d. rit. IV. quia periculosum, imò stul-*  
*tum esset, si quis cum validioribus se defendere posset, his*  
abje-



abjectis suæ salutis oblivisci, atque cum leo, qui propriæ salutis insidiatur, ancipiti Marte configere velit. Donell. *ad l. 1. n. 6. & 7. C. unde vi Coras. in d. l. 3. ff. d. J. & J. Albericus Gentilis lib. 3. d. jur. bell. c. 14. Henric. Bocer. lib. 2. d. duello c. 10. n. 56. & 57. Jerem. Setser disp. 2. th. 62. & seqq. Georg. Obrecht. d. tr. 1. 10. n. 6, 7. & 8. Math. Steph. vol. 1. disp. 4. th. 4. Voltz. c. 7. n. 138. Borchold ad s. juris præcepta J. d. just. & jur.*

## §. II.

Quæstio ardua est, An in dubio vitæ discrimine constitutus fugere teneatur? quidam distinguunt inter nobiles & ignobiles, honoratos & plebejos. Sed hanc distinctionem adulatoriam multi appellant, quod egregiè etiâ demonstrat Bocer. *d. tr. d. duello c. 10. n. 54.* Alii simpliciter statuunt, fugiendum esse, quos brevitatis causâ omitto. Alii haud fugiendum esse perhibent, quibus ego assentio 1. quia in *d. l. generaliter*, vim pro pulsandam; item in *l. 1. §. vim vi ff. d. vi & vi arm. vim vi, arma armis repellenda, & in l. scientiam §. qui cum ff. ad leg. aquil.* dicitur, vim vi repellere omnes leges, omniaq; jura permittunt. Id autem non fit pedum celeritate, sed robore corporis vi contrariâ oppositâ *l. 2. ibi: in dubio vitæ discrimine constitutus C. ad leg. corn. d. sic. & nusquam in jure* habetur, vim fugâ potius, quàm contrariâ vi propulsandam esse, imo ut omisso jure, fugâ te defendas, non solum ignominiosum, probrosum & infame, sed etiam periculosum est. Nam turpe est & ignominiosum leporis instar ad quamlibet vim se in pedes conjicere, & salutem suam pedibus defendere *l. 6. §. 3. ff. de re milit.* At quæ sunt ignominiosa, & quæ existimationem & verecundiam nostram lædunt, à nobis fieri non posse credendum est *l. 15. d. condit. instit. l. 125. in fin. in verb. cum salvâ dignitate potero. ff. d. V. S. periculosum* verò est, quia fuga plerumque audaciorem à tergo reddit inimicum, juxta illud: qui priori injuriæ non resistit, novam accersit: præsertim cum adversarius jam ante ad vim faciendam sit paratus, & fortè viribus & pedum celeritate



alterum longè superet, ut ei ita certum periculum immineat, si adversario nudum & inerme tergum relinquat. Præterea constitutus in vitæ periculo, si fugiat, facillè in fugâ cadere, atque ita ab aggressore interfici posset *Barr. l. 1. C. unde vi Gomez. tom. 3. variar. resol. c. 3. n. 23. Marquard. Freher. lib. 3. d. infam. c. 25. n. 21. Clarus §. homicidium n. 32. Wesenbec. d. consil. 19. n. 17. & seqq. Shrader 9. d. feud. 4. & seqq. n. 67. Hierem. Setler disp. 2. th. 53. cum seqq. Obrecht. d. tract. d. defens. necess. c. 10. n. 10. cum multis seqq. Bocer. lib. 2. c. 10. n. 43. Cuil. lib. 2. observ. 110. n. 10. & 15.*

### §. III

Tempus, continuationem videl. actus i. e. ut fiat in continenti: hæc locutio aliàs variam in jure secundùm quosdam admittit interpretationem: hic autem dupliciter consideratur, vel ratione personæ, vel ratione defensionis rerum, in defensione personæ in continenti fieri est, confestim in ipso congressu, seu in ipso flagranti crimine, non diveriendo ad alios actus *l. 3. §. 9. l. 17. ff. d. vi & vi arm. l. 7. §. 4. ad leg. aquil. l. 23. §. ult. ad leg. jul. d. adult. l. 1. nn. §. 1. C. d. rapt. virg.* cessante enim vi cessat necessitas, cessante necessitate cessat etiam hoc jus necessariæ defensionis. *conf. Farinat. pr. crim. qu. 125. p. 6. n. 338. Zoann. p. 2. n. 57. Bachov, ad Treutl. th. 7. lit. D.* Non ex intervallo, postquam jam pugna restincta atque sedata est: Germani dicunt: *auf frischer That/ auf frischen Fuß/* nam si postea fieret, censeretur potius ad vindictam, quàm defensionem *c. seditionanos dist. 46. l. 45. §. 4. in fin. ff. ad leg. aquil.*

### IV.

Quær. I. An quis primum ictum expectare teneatur? Neg. primus enim ictus si esset expectandus, eò vel planè trucidari posset insultatus; vel saltim tractari & percuri, ut facultas defendendi nulla ipsi reliqua permaneat, sed se defendere planè obliviscatur. *Matth. Berlich. part. 5. concl. 13. n. 7. Augustus Kremberg tract. d. defens. q. 3. n. 24.* Melius itaque



itaque est, ejusmodi periculosam cunctationem planè negligere, & occurrere in tempore, quàm post exitum & vulneratam causam vindicare sive remedium quærere *l. 1. C. qualic. unic. fin. iud. l. 5. pr. ff. ad leg. aquil. l. fin. in fin. C. in quib. caus. restit. in integr. necess. non est*: Unde tritum illud, melius est prævenire, quàm præveniri; & facit ad hoc Ordin. crimin. Carol. V. Imperat. *artic. 140. §. fin.* ubi inter reliqua dicit: *ist auch mit seiner Gegenwehr bis er geschlagen wird zu erwarten nicht schuldig i. e. nemo donec feriatur aut vulnererur, & licitam sui defendendi causam è manibus dilapsam amittat, sibi expectandum putet.* Georg. Rom. *in paraphr. d. artic. 140. vers. nemo autem & c.* Siquidem præsens terror armorum maximè lethalius (qualia sunt acinaces, enses, gladii, lanceæ, bipennes, romphæa, parazonium, machara, pugiones, cultor &c. de quibus accuratè Henning Kenneman. *in jurispr. Rom. germ. membr. 3. disp. 57. tr. 13. 14. & 15. & Joh. Gædd. in l. armorum 41. §. 5. ff. d. vi & vi arm. l. 9. cum ll. seqq. ff. quod met. caus. l. 334. ff. d. R. 7. ipsi offensionis proximus est.* Georg. Rom. *ad dict. artic. 140. dict. loc.*

## V.

Tertium requisitum est *Causa*: Tuitio enim fieri debet non offensionis, sed defensionis causâ *l. 45. §. 4. ad leg. aquil.* siquidem tuitio, qua de supra cap. 3. omni jure est permissa, vindicta verò & ultio nemini privato concessâ *l. nullus 14. C. de jud. & l. 45. §. 4. ad leg. aquil. Zoannet. d. p. 2. n. 57. Du. Struv. tract. d. vindict. priv.* Utrum verò aliquis limites defensionis necessariæ excefferit, vel non, cum legibus non definitum sit, nec ullâ certâ regulâ tradi possit, relinquendum erit arbitrio & discretioni judicis, qui diligenter consideratis circumstantiis & conjecturis æstimare debebit, an steterit quis in meris defensionis terminis vel non. Bart. *in l. 3. §. cum igitur ff. d. vi & vi arm.* Bald. *in d. l. 3. n. 9. ff. d. 1. & j.* Salomon *in d. l. 3. n. 10.* Zas. *in d. l. 3. n. 12.* Coraf. *d. jurisarte part. 2. c. 8.* Voltz. *ind. comment. ad leg. Cornel. d. sic. 5. n. 111. P. H. D. artic. 143.* Du. Struv. *in Syntagm. jur. civ. disp.*



*disp. 49. th. 55. in tract. d. vindict. priv. Dn. Carpzov. in prax. crim. p. 19. 33. n. 49. & seqq. Perez. in L. ad leg. Cornel. d. sic. n. 34. Menoch. lib. 2. d. arbitrar. judic. quest. cas. 277.*

VI.

Quæ. An solæ minæ v. g. Ich wil den Schelmen ehestes ich ihn antresse durch und übern hauffen stossen/ oder eine Kugel durch ihn jagen/ ad interficiendum minantem sufficiant? Neg. Petr. Theodor. in colleg. crimin. disp. fin. th. 5. lit. E, sunt quippe minæ verba, quæ verbis non verberibus repellenda, Georg. Obrecht d. tract. d. necess. defens. cap. II. n. 15, nisi ad minas verbales aliquis offensionis actus, stringendo aut enodando gladium accedat, aut minator sit homo vindicativus, ein Rächgerig Blut/ & consuetus suas minas illicò executioni dare. Jac. Eyrer d. tract. part. 1. n. 60. tunc enim insultatus, si minatorem occidit, exceptione necessariæ defensionis se tueri potest: l. 1. verb. minabatur C. qu. lic. unic. fin. jud. se vindic. Jas. in l. 3. ff. d. j. & j. num. 14 ibi: nunquid autem propter solas minas &c. Joh. Sichard. ad l. 1. C. qu. lic. unic. fin. jud. n. 3. &c. & Vulcey. in comment. ad d. l. n. 24. & seqq. usque ad fin.

CAPUT V.

Causam finalem proferens.

I.

**F**inis hujus tutelæ est duplex, principalis & minus principalis: Possunt enim, ex multorum sententia, unius actus duo esse fines, unus ex intentione ipsius agentis, alter præter intentionem ejusdem: principalis itaq; finis, quem semper defensor sibi in animo repositum habet, est propulsatio vis atque injuriæ: principaliter enim intentio defensoris eò directæ est, quò salutem corporis, nec non suorum aliorumque, item conservationem rerum, vel in suo, vel alterius

rius



rius & proximi sine vitio non vi aut clam, nec precario patrimonio existentium. Perez. d. t. C. unde vi, tueatur.

§. II.

Minus principalis finis praeter intentionem agentis eveniens est vulneratio & debilitatio aut occisio aggressoris: aggressus enim animadvertens, se non aliter vitam suam contra vim ac injuriam alterius defendere posse, jam praeter intentionem primam eo incumbit, ut invadentem vel vulneret vel occidat. d. l. scientiam 45. §. qui cum aliter ff. ad leg. aquil.

CAPUT VI. & ult.  
Effectum producens.

Effectus iterum est vel principalis, vel accidentalis; principalis, qui ex intentione defensoris per se oritur, est salus proprii & alterius corporis, imò & alterius & nostrarum rerum. Accidentalibus est cessatio vindicationis, quam per se quidem non intendit, sed accidit, ubi aliter se tueri nequit: Non autem tunc defensor peccasse intelligitur interficiens aggressorem, per text. in l. 2. & 3. C. ad leg. corn. d. sic. sed potius ipse aggressor l. 1. §. cum arietes ff. si quadrup. pauper. fec. dic. qui à se ipso occisus videtur. Mascard. d. probat. volum. 3. conclus. 1126. n. 6. & 7. & qui in defensione adversarium mutilat vel interficit, nec de expensis involutus curandum factis, nec de ullo damno occisi heredibus tenetur. Gravett. vol. 1. concl. 110. n. 11. quia quod fecit, jure fecit, cum defensio omni jure sit permisa; nemini autem facit injuriam vel damnum, qui suo jure utitur, & juris executio non habet injuriam, l. 55. d. R. 7. imò occiso potius, quam defensori damnum datum est imputandum l. simenes 25. §. 4. ff. locat. quoniam defensor nullum delictum, scelus, crimen vel maleficium commisit secund. Bald. in l. datâ operâ 11. n. 8. C. d. his qui accus. non poss. & facit huc l. 3. C. ad leg. Corn. d. sic. Id quoque confirmat Ordin. crim. Carol. V. Imper.

D

per.





per art. 139. in verb. der ist darum nichts schuldig & seqq. art. 140.  
in verb. ohne alle Straffe/ & iterum: ist darum nichts schuldig.  
Non autem hâc in parte jus Saxonicum recedit à jure com-  
muni, licet plerique Doctorum, inter quos etiam est. Dan.  
Moller. in comment. ad const. elector. Saxon. part. 4. const. 11. n. 1.  
Petr. Theodoric. in colleg. crim. disp. fin. th. 6. lit. B. Math.  
Berlich. part. 4. conclus. 12. n. 4. arbitrantur, defensorem,  
etiam si moderamen inculpatæ tutelæ quoad omnia requi-  
sita observaverit, neque ullo modo istud exceserit, nihi-  
lominus in pœnam unius Wergeldi (h. e. viginti quatuor  
sexagenarum antiquarum 24. alte Schock oder 20. Thal. se-  
cund. gloss. in art. 65. lib. 3. LandR. Math. Wehner in observ.  
pract. in verb. wehrgeld) si masculus interemptus fuerit:  
aut si scœmina occisa, dimidiam partem (h. e. 10. thaleros juxta  
artic. 37. lib. 3. LandR. in verb. Jegliches Weib hatt ihres  
Mannes Busse und Wehr, Geld) ipsius interfectæ personæ  
proximis agnatis, & insuper in multam sexaginta solidor-  
um judici applicandam, condemnari: contrarium tamen,  
quod sc. in casu, quo moderamen inculpatæ tutelæ legiti-  
mè & strictè observatum, ac nullus planè excessus in eò fu-  
erit commissus, occisor nullatenus condemnandus, neque  
ab ipso solutio Wergeldi & multa sexaginta solidorum ex-  
igenda sit, probatum dedit Math. Coler. process. execut. p. n.  
cap. 9. n. 63. & post eum Dn. Carpz. in prax. crim. part. 1. qu.  
28. n. 41. Hac pro ratione instituti sufficiant, & si quid  
humanitus passus sim, à benevolo lectore  
veniam peto.

Jesu Crucifixo honor.

NÖE





Nobili & Politissimo

DNO

CONRADO BER-

TRAMO,

CELEBERRIMORUM,

Et de Republica Ecclesiastica non minus, quam  
literaria insigniter meritorum Virorum

FILIO,

NEPOTI,

Amico & Commensali meo honorando,

de

Materia ardua eruditè commentanti.



PRodi, BERTRAMUM Te

præsta, NOMINIS Hæres

TANTI. Conatûs Dîq; Deæq;

probant.

*properiter, ast sincerè  
adplaudet.*

GEORGIUS GOEZIUS,

Moral. Prof. Ordin. Acade-

miae p. r. R E C T O R.

D 2

Tute.





**T**utelæ quodnam inculpatæ  
fit moderamen,  
**H**æc, BERTRAM, tua sat lem-  
mata docta probant.  
**G**ratulor hos ausus, cœptis ut  
fortiter instes,  
**O**pto, ita Diva Themis  
præmia larga feret.

*Gr. f.*

**CHRISTOPH. PHILIP. Richter / D.**  
Com. P. C. Fac. Jur. Ordinarius &  
Prof. Publ.

---

**S**ic Inculpatus, qui sic mode-  
ramine doctæ  
**T**utelam mentis. nunc mo-  
deraris, eris.

Ab-



Abfit culpa procul! nomen  
 tutaberis orbi  
 Ipse tuum, Fautor; Næ  
 moderator eris.

*Præximo atque Literatissimo  
 Dn. Respondenti, Amico suo dilectissimo,  
 hac grat. ergo  
 adponeb.*

PRÆSES.

Ingenii dotes præstantes exe-  
 ris, Vrge,  
 En Prædem! accipies præ-  
 mia summa Jenæ.

*Per. Eximio Dno Autori amicè gratulat.*

JOHANN-VOLK. Bechman/ D.  
 Pandect. Prof. Publ. & h. r. Collegi Juridi-  
 ci DECANUS.

JOVA JUVA!

Quæ sint Tutelæ licitæ moderamina iusta,  
 Magno Schrôtero Præsîde, rite doces.  
 Bertramæ Gentis nova gloria, magna parentis  
 Spes, hodie recti portio chara mei.

D 3

Ac-



Accepto Themidis nutu nocturne quid inde  
Ominer? hoc omen concipio ipse bo-  
num:

Juridici in Studii si sic perrexeris orbe,  
Ipse brevi capies jure in utroque gradum.  
*Boni ominis & nominis ergo fingebat*

M. Adrian. Beier,  
Eccl. Jenens. Archi-Diaconus.

Quid non infractum studium, vigilesque La-  
bores  
Præstant? perumpit difficile omne La-  
bor.

Comprobat hocce Tuum studium, (quod nocte  
dieque

Urges, ) Evulgans nobilius Specimen.  
Quo de Conatu grator, perdulcis Amice!  
Justitiæ studium certa brabea dabit.

*festinab. f.*

M. Joh. Christophorus  
Hundeshausen/ Ampl. Facult.  
Phil. Adjunct.

Thymbræus vidit Te Pindi culmen Apollo  
Vincere, dum pugnavit Sancta Themistos adis.  
Huc ades, & ferto, dixit, doctumque melisma  
Deliciasque phalangæ Mnemosynæ tuas;

Huc



Huc celeri actutum Charites contendite gressu,  
*Prævia* Turoseos finge Thalia modos.  
 Scilicet asiduo cui sic Astræa labore  
 Fovit legis fluo pectora digna favo,  
 Ambiguos rerum casus ænigmata legum  
 Solvere cui rara dexteritate dedit :  
 Abdita concessa dum nunc *moderamina* sistit  
*Tutela*, Musis dogmata digna suis,  
 Huic meritò dignas pandit *Polyhymnia* laudes  
 Dulcesque Aonidum velli qua turba sonos  
 Et nostrum nunc est concordipectore votum  
 Ferre, *Themistai* portio chara chori,  
 Pro vigili ut studio post hæc Astræa rependat  
 Oscula, quæ Charitum lavit in amne Cypris,  
 Oscula Cytheriacis quæ pavit Cypripior arvis,  
 Nominis & surgat prospera fama *Fui*,  
 Thyrsigetis ultra celebris *Tibi* fama resurgat,  
 Surgat, ubi Juno lacteum adornat iter.

*Hisce Per-Eximio atque Præstantissimo  
 Dn. Autori & Respondenti Συγγραφέω  
 suavissimo, applaudebant*

Magnific. Dn. Professor.  
 Gœzii,  
 Commenfales

Dum



**D**um Tu; Flos Juvenum, cunctis charissimè BER-  
Sedulo qui scrutas nodosa volumina Juris, (TRAM,  
Disseris egregie, quæ sint *moderamina* *Iuste*  
*Se defendendi, qua sit cautela tuendi*  
Gratulor hincce Tibi præclaris de ausibus, optans:  
Præmia decernant *tempus, labor, Alta potestas!*

**Johannes Henricus**

**Timæus,**





Jena, Diss., 1667 Schr-Z

ULB Halle 3  
004 386 817




f

Sb.


WOM











B.I.G.

Farbkarte #13

44. 596  
DISPUTATIO JURIDICA 1667, 23  
DE  
TUTELA INCUL-  
PATA, 1

QUAM  
CONSENSU ET AUTORITATE  
MAGNIFICI, NOBILISSIMI ATQUE  
AMPLISSIMI ICTORUM ORDINIS,  
IN ALMA SALANA  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI  
ATQUE EXCELLENTISSIMI

DN. ERNESTI FRI-  
DERICI SCHRÖTERI

HEREDITARII IN Wicferstädt / ICTI ET ANTE-  
CESSORIS FAMIGERATISSIMI, CONSILIARII SAXONICÆ,  
FACULTATIS JURIDICÆ, CURIÆ PROVINCIALIS  
ET SCABINATUS ASSESSORIS GRAVISSIMI,  
h. . . DECANI SPECTATISSIMI,

Patroni atque Promotoris sui omni honoris  
cultu prosequendi

*Publica disquisitioni submittit*

CONRADUS Bertram / Ciz. Misn.

Al di m<sup>o</sup> Februar.  
AUTOR.

IN AUDITORIO ICTORUM.

Ann. M. DC. LXVII.

JENÆ, Typis Johannis Jacobi Bauhoferi.